

Isidor chr. 119: Contin. Havni-
ensis:
Huius (Focae) tempore prasini et veneti per Orientem et Aegyptum civile bellum faciunt ac sese mutua caede prosternunt. Proelia quoque Persarum gravissima adversus rem publicam excitantur: a quibus Romani fortiter debellati provincias plurimas usque ad Euphratem et ipsam ut dicunt Ierosolymam amittunt.

Prasini et veneti per Orientem vel Aegyptum civile bellum faciunt ac sese mutua caede prosternunt. Haec dum interius in re publica aguntur, Persi adversum exterius eam excitantur, quoniam tam gravissime debellando accedunt, ut innumeras vicinas suo regno provincias ipsumque Aegyptum ac Iudaeam a Romano iure subtraherent et sibi tributarias facerent.

Beda:

Persae adversus rem publicam gravissima bella gerentes multas Romanorum provincias et ipsam Hierosolimam auferunt.

et destruentes ecclesias sanctas quaeque profanantes inter ornamenta locorum vel sanctorum vel communium quae vexillum dominicae crucis abducunt.

Paulus 4, 36:
Huius (Focae) tempore prasini et veneti per Orientem et Aegyptum civile bellum faciunt ac sese mutua caede prosternunt. Persae quoque adversus rem publicam gravissima bella gerentes multas Romanorum provincias et ipsam Hierosolimam auferunt.

et destruentes ecclesias, sanctas quoque profanantes, inter ornamenta locorum sanctorum vel communium vexillum dominicae crucis abducunt.

Contra hunc Focatem Eraclianus, qui Africam regebat, rebellavit atque cum exercitu veniens eum re-